

**7550** Castini ad puteum vici, *serve di parete laterale alla vasca, dove si vanno ad abbeverare le bestie* VERN.

sex. VIBIVS-SEX-F  
CAM  
anN-XXVIII-OCI  
SVS

Vernazza ms. inter Gazeriana (inde Muratori Vag. n. 145); *Casalis dizionario* 4 (1837), 276.

**7551** Menusiglii nuper rep. DUR. 1769. *Ancora in Monesiglio nel atrio del castello di casa Saluzzo* MUR. — *Menusilio Augustam Taurinorum translata a. 1768* VERNAZZA errore.

L-DIDIVS-M-F  
CM · CAEVA  
ATTIA · C · F  
PRIMA  
5 VXSOR · V

Adscripta legitur manu saec. XVI ad editionem tractatus Valerii Probi de interpr. Rom. litteris curatam a God. Torino Biturigo cum praef. Parrisiis 1510, qui liber olim fuit Vernazzae, nunc est bibliothecae regiae Taurinensis (inde Vernazza in schedula inter Terraneana); Durandi Pedona p. 78; Muratori Vag. n. 91, cui dedit sacerdos Prandi Cameranensis.

Vv. divisi ad Mur. — 1 L-DIDIO Dur. — 2 CM-CAEVA Antiquus, CAM...CAEVA Dur., CAM-SCAEVA Mur. — 5 sic Mur., VXOR-V Ant., VXOR-V... Dur.

**7552** Monesiglii rep. ad aediculam S. Bernardi, est ibi in atrio castelli Saluzzo.

//C//S//IVS  
CAM · ET  
VALERIA · M · F  
QVARTA  
VXSOR

Muratori Vag. n. 93.

**7553** ara. Millesimi fuit in ecclesia S. Mariae extra muros; iam collocata est cura Bosii in parochiali aediculae Bosiorum gentiliciae S. Caroli inserta. — Albae DUR. errore.

M · V · S  
C · METTIVS · C · F · CAM  
paterna VERECVNDVS · ALBA urceus  
7 · LEG · X · GEM · P · F  
5 L · L · M

Vernazza apud Durandium *Piem. Cisp.* p. 199 (nam ipse Vernazza ait in schedis Gazerianis se misisse Durandio) dans ligno expressam et Alb. p. 15; Gazzera ms.; Torteroli *scritti letterari* (Savonae 1860) p. 118 ab Antonio Bosio, qui item dedit Muratori Vag. n. 149 et mihi.

**7554** duo fragmenta eiusdem tituli. *Millesimo nel santuario della Madonna del Deserto.*

AIL	LLA
DE	I
IDA	M
XII	M

Ant. Bosio mihi dedit.

## XCVI. HASTA (Asti). Tribu Pollia.

Hastenses tituli apud antiquiores non comparent exceptis n. 7458 et n. 7570 ex vicis non longe inde distantibus mature in lucem prolatis. Collegit eos primus MATTIUS is, de quo supra (p. 773) diximus. Is cum in libello *imprese d'Asti* (1587) in fine monuisset allato titulo n. 7555 scribendum esse *Hasta*, non *Asta*, in responsione anno sequente edita ita ait: *Che poi Hasta si debba scrivere, il sig. Maccio è stato il primo, il quale, persuaso dalla ragione e dagli antichi marmi Astesani, ha questo avvertito a valentissimi huomini amici suoi, come lettera del . . . Segonio e li libri da lui medesimo ultimamente ristampati, dove di quella città ragiona, ne fanno fede, et come ne sarà assicurato ognuno, che ne ragionerà con lo eccellentissimo sig. Aldo Mannucci. Volesse Iddio, che a buon hora . . . Monsig. Panigarola vescovo di quella città fosse stato avisato degli belli marmi vecchi ritrovati cavando nel cimitero della lui cattedrale chiesa fin l'anno passato, uno de' quali confermò l'ortografia di cui diciamo. Perciocche c'assicuriamo, che (egli) . . . haverebbe operato, che li detti ritrovati marmi si raccogliessero e fossero posti in luoghi opportuni?* Idem postea in opinionum libro secundo (1598) p. 62 'Hastae', inquit, 'sunt lapides, quorum plures mea commendatione et opera a tenebris et ignorantia vindicati nuper inventi sunt in sepulcreto aedis maximae, ecfossa in altitudinem amplius pedum X terra cum ingentibus, sed in plures partes fractis egregii versicolorisque marmoris columnis'. A Mattio quae tradita accepimus fide digna sunt et optime descripta, sed numero pauca. Nec multa leguntur Hastensia apud DONIUM ex adversariis nescio

quibus Aldi ut ait Manutii, quae ipsa reperiri non potuerunt (p. 772). Post hos fraudes coeperunt, quibus Hastenses inscriptiones omnium maxime inquinatae sunt. Extabat Taurinis olim in bibliotheca universitatis codex chartaceus saeculi ut aiunt XV editus apud Pasinium codd. bibl. regii Athenaei Taurinensis vol. 2 (1749) p. 175—206, quo continetur 'Memoriale Raymundi Turchi civis Astensis ex dd. Montis Bersarii ad rev. dominum abbatem SS. apostolorum Conradum' adiecto in fine epitaphio Turci eius defuncti anno 1092 (cf. quae ex Carenae de Memoriali eo dissertatione scripta a. 1764 edidit Claretta *mem. storiche di Terraneo* cet. p. 145 seq.). Codex quem expresserunt editores hodie neque in bibliotheca universitatis comparet neque alibi reperiri potuit; nam duo cum edito convenientes qui extant in bibliotheca regia, recentes sunt et aut ex deperdito codice descripti aut ex editione. At extat in eadem bibliotheca tertius liber n. 145 scriptus saec. XVII incipiente sine dubio ab ipso illo homine, qui nugas has confinxit, diversus tamen ab edito, ut hic repraesentet auctoris prima temptamina neque habeat inscriptiones ab eo excogitatas omnes. Turciani commentarii auctor cum narrare se simulet res gestas saeculi undecimi aequalem, vere scripsit saeculo XVI exeunte vel ineunte XVII; nam tituli quos profert cum ad unum omnes inscita fraude ficti sint, in iis comminiscendis falsarium adhibuisse Pingonii librum de Augusta Taurinorum editum a. 1577 recte monuit Carolus Promis (act. Taur. minora a. 1868/9 vol. 4 p. 62). Editae nugae illae primum adsunt apud GUIDONEM ANTONIUM MALABAILAM dominum de Canale in libello *com-*